ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT MIT KLASSISCHEN, HUMANISTISCHEN UND HISTORISCHEN TEXTEN
Mitte 15. Jh. Seite 172v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1843
Copyright: Wien, Schottenstift (Benediktiner)



Sequere hac reducam te ubi fuisti
Nemini miserior certum est quia mei miseret
Neminem exauspicavi exiunctis nunc intelligo
Redauspicandum esse in cathenas denuo
Iuppi

Ergasilus parasitus

Iuppiter supreme servas me meas quia auges opes
Maxuas opiniates oppiperas offers michi
Laudem ludum lucrum iocum festivitatem ferias
Pompam pentam potationes saturitatem gaudium
Nec cuiquam homini supplicare nunc certum est michi
Nam vel prodesse amico possum ut inimicum perdere
Ita hic me dies amenitate amena amenus oravit mihi
Sine sacris hereditate sum adeptus effertissima
Nunc ad senem cursum capessam hunc egionem cui boni
Tantum offero quantum ipse adiis optat atque etiam amplius
Nunc certa res est eodem pacto ut comici servi solent
Coniciam in collum pallium primum exime hanc rem ut audiat
Spero quia me ob hoc nuncium eternum adepturum cibum

Egio senex ergasilus parasitus

eg Quanto in pectore hanc rem voluto meo magis
Tanto michi egretudo auctior est in animo
Ad illum modum sublitum esse os hodie mihi neque id perspicere quivi
Quod cum scibitur per urbem irridebor
Cum exemplo ad forum advenero omnes loquentur
Hic ille est senex ductus cui verba data sunt
Sed ergasilus est ne hic procul quam video
Collecto quidem est pallio quid nam acturus est
erg Move abste moram atque ergasile age hanc rem
Eminor in terminor quia ne quis mihi obstiterit obviam
Nisi qui satis diu vixisse sese homo arbitrabitur